Pius Fank: Catalogus Voraviensis seu Codices manuscripti Bibliothecae Canoniae in Vorau.
Graz, 1936 Seite XI
Quelle:
Copyright:

Quaterni foliorum plerumque notantur hoc modo: 6×8+12+3×10 etc; 8(+1) vel 12(−3) indicat quaternioni unum folium esse adglutinatum vel tria folia senionis esse exsecta.

„Custodes" in ultimis foliis infimis singulorum quaternorum sunt scripti, nisi aliud notatur.

Nota possessoris Vor., nisi aliud notatur, hunc habet tenorem: „Iste liber est sanctae Mariae Virginis, sanctique Thomae Apostoli et canonicorum regularium in Vorau."

Signum interrogationis (?) aut indicat auctorem esse falsum vel incertum aut est signum probabilitatis vel deficientis certitudinis aut denotat, si agitur de signis officinae chartariae, maiorem vel minorem similitudinem cum formis, quas edidit Briquet.

„Incipit" (initium) et „explicit" (finis) textuum per hoc signum × disiunguntur.